

Ubi etenim instantiarum diversitas accedat, quia nempe unus primar. Alter vero secundar. vel ulterioris instantia fit Judex. Vel eadem generis causarum diversitas adfit, ut unus criminalium. Alter vero civilium sit Judex. Vel unus popularitatis, ac indifferentium, alter vero fiscalium, vel militarium, sive alterius certi generis habeat cognitionem, tunc non majoris, vel minoris competentia concursus intrat, sed affirmativa, privativaque competentia unius, cum negatione alterius, ob instantiarum, vel causarum diversitatem, quae jurisdictionis defectum inducere dicitur, ut superius agendo de ordine fori Ecclesiastici insinuatum est. Ideoque aliud est agere de unius competentia, ob alterius incompetentiam, & aliud de majoris incompetentia concursu inter plures aequae competentes.

Eam vero incompetentiam, quam instantiarum diversitas producit, viduarum, pupillorum, aliarumque miserabilium personarum privilegium tollit, quod electionis, seu variationis fori dicitur, ut neglecto prima instantia Judice, Principis, vel supremi Magistratus Tribunal adiri valeat, dummodo loci diversitas accedat, cum in eodem loco ista non detur electio, seu variatio. Idque in foro etiam Ecclesiastico procedere magis receptum est, quamvis contradicentes non desint. Certam tamen, ac generalem hoc privilegium regulam non admittit, cum Regionum, ac Principatum diversae leges, vel mores, nimirum diversam desuper habeant praxim, super perhorrescente argumento, vel super variatione, ac etiam in revariatione ipsarum; personarum qualitate, an inter miserabiles pro hujusmodi privilegii competentia recenseri debeant.

In eisdem itaque aequalis competentiae concursus, qui specie non differat, neque majorem, vel respectivae minoris habeat prerogativam. Praeventio posterior conditio est, ubi legitima sit preventio, quae facti potius, quam juris habeat inspectionem, an fraudulenter, vel affectata sit, sive in solo conatu, vel preparatione, inter Actorem, & Reum, ut Actoris respectu sola petitio, vel comparitio, aut rei decretata citatio in eius praedictum litem introductionem causet; Rei vero conventi respectu citationis legitima exequutio requiritur. Id autem certam non habet, ac uniformem regulam, cum a locorum, vel Tribunalium legibus, ac styli frequentius diversis, diversam recipit praxim; Alicubi etenim magis privilegii desicti foris preventio quoque prevalere solet, pro facti tamen qualitate, & circumstantiis.

Legitima vero preventio cessante, sive ubi ejus efficaciam creditoris privilegium tollat, ideoque integra adhuc esse dicitur, Actoris electio est unum, vel alterum habere Judicem in novo prima instantia iudicio. In altero autem appellationis, in quo de secunda, vel de ulteriori agitur, electio est appellantis.

Bonorum situatio, vel patrimonii diversitas, originis, vel domicilii, suffocant competentiam, quia nempe in eo patrimonio, vel in ea bonorum specie diversus ille reputetur homo, ut in iis, qui in diversis Principatibus, baronias, & feuda, vel domnia possideant, sive in diversis Diocesis possideant beneficia, quae iudicio occasione praebent, praxis docet.

Eorundem bonorum diversa situatio, quamvis sub una cadant universitate, vel patrimonio, seu hereditate, majoris, vel minoris competentiae producit quaestiones, quia nempe directa, vel fideicommissaria hereditate in diversis locis, vel ditionibus bona habente, casualitque connectione, vel puncti identitate exigente, ut ejusdem Universitatis pertinentiae quaestio sub uno agatur Judice, quisnam magis competens censendus veniat; Aliis volentibus locum domicilii defendenti; Aliis illum domicilii haereditis, qui ad fideicommissi restitutionem, seu legatorum solutionem tenentur; Aliis, ut ille attendatur locus, in quo hereditatis major pars existat; Et aliis, ut ille locus, in quo bona magis antiqua, & consuetudine, sive, ubi ejusdem hereditatis caput existat. Certam vero id regulam non recipit, cum a locorum styli, vel Superiorum arbitrio, aliique facti circumstantiis, vel juris distinctionibus in sua sede recensitis, decisionem expectet.

Connexionis, vel praedictualitatis ratio, inter aequae con-

tendentes, uni majorem competentiam deserit; Alteri vero negat. Vel quia timor, sive inconveniens plurimum invicem pugnantium sententiarum, super eodem puncto a diversis Judicibus proferendarum, coram uno, exigat unionem. Vel quia sententia, quae in uno emanat iudicio, rei iudicatae exceptionem in altero parere apta fit. Sive quia aequitas prohibeat, ut pro eadem re, cogendus idem reus, & possessor sit plura iudicia coram pluribus subsistere Judicibus, vel ut idem Actor, pro ejusdem actionis experimento, sive pro eodem statu firmando idem incommodum pati cogatur, cum plerisque similibus, in quibus facti circumstantiae arbitrium regulantes, magis vero locorum, ac Tribunalium styli, magnam fortiuntur partem.

Inter Judices praesertim, qui eandem habeant cum personis jurisdictionem, & competentiam, diversa vero sit cognitio, pro diverso causarum genere, quia nempe unus civilium sit, & alter criminalium, ideoque ubi una, eademque causa inter easdem personas in utroque civili, & criminali iudicio coram utroque Judice inveniatur, ob praedictualitatis rationem, ille, qui praeventi alteri inhibet, ut iudicet, vel causa coram eo ceptae exitum expectet.

*z hoc tit. disc. 69. & 72. & in aliis. a hoc tit. disc. 57. & tit. de iudic. disc. 3. b tit. de iudic. disc. 3. c hoc tit. disc. 87. & tit. de success. disc. 9. d ibidem. e hoc tit. disc. 77. & 79. & saepe.*

V I.

De aliis generaliter ad materiam pertinentibus remissioe.

Per laque alia etiam graviora, majorisque momenti, sive in praxi minus frequentia in hac jurisdictionali materia cadunt in sua sede, parum, vel nihil peracta, & quae non de facili certam recipiunt regulam, sed compendio explicabilem, pro diversis locorum, ac Regionum legibus, vel moribus, sive ex politiciis rationibus legum, vel iuristarum subiectionem non agnoscunt, ut praesertim ea est superioritatis inter Papam, & Concilium generale, quae adeo magnam habet opinionum scissuram, inter Theologos, & Canonistas, sive inter Citramontanos, & Ultramontanos, fors tamen praedicta externus, pro judicialibus causis decidendis, de quo solym viri forensis est agere, priorem recipit, ac servat opinionem superioritatis Papae supra Concilium, quod sine ipsius auctoritate minus legitimum sit, quodque conciliaribus decretis derogandi, vel dispensandi jurisdictionem, ac potestatem habeat. Pro voluntate autem regulanda, utpote in dubio non praesumenda, specialis mentio desideratur, aequipollenti tamen non excluda voluntatis probatione implicita, vel administrativa. Tridentino excepto, quod huius generalibus venit derogatoris, ita ejus circumscriptoria Constitutione disponente.

Super ejusdem Papae territoriali, ac temporali habitu iurisdictione supra laicos etiam Principes in universo Orbe non modica quoque est quaestio, quae ab aliis distinctionibus aliquam probabilem a contradictionibus non immunem recipit decisionem in sua sede latius recensitam. Ubi etiam de iurisdictione Collegii Cardinalium Sede Papali vacante peractum est.

Econverso, non modica opinio est scissura, consuetaque Scribentium factionaria contentio est super Regum, vel Principum secularium iurisdictione, ac potestate in seculari, & regularem Clerum, aliisque Ecclesiasticis personas, vel Ecclesiastica loca, vel ex antiquis Apostolicae Sedis concessionibus, ac delegationibus, vel ex causa status, seu ex illa publicae necessitatis, vel utilitatis in iis, quae iure naturae vel gentium omnes aequae concernant, nulla personarum data exceptione, ut praesertim in humani, vel divini belli casibus, aliique similibus, disputandi occasio praebere solet, adhuc tamen, sive de iure, sive de facto certam id non recipit regulam, atque pro singularum casuum qualitate, & circumstantiis, sive pro diversis Regionum, & Principatum moribus, vel styli decisionem recipere solet. Ideoque haec, & familia compendii in capacia, sunt in suis sedibus, pro rerum contingentia videnda.

*f in Relat. Curiae Romanae, disc. 2. & 3.*

Finis Partis Primae Tertii Libri.

JO. BAPTISTAE  
CARD. DE LUCA  
Libri Tertii Pars Secunda,  
DE PRÆMINENTIIS, ET PRÆCEDENTIIS.

URBINATENSIS JURIS  
METROPOLITICI  
PRO EPISCOPO ET CIVITATE EUGUBII  
CUM ARCHIEPISCOPO URBINATEN.

*Discursus in congressu pro directione cause pendentes in Sacra Congregatione Concilii.*

An & quando erectio alicujus Ecclesiae metropolitanae in parte effectuatam cesset in aliqua Ecclesia suffraganea, & non usum, seu ob aliquas particulares circumstantias inducentes defectum intentionis Papae; Et aliquam de Provincia Romana intra ambitum 100. milliarium, an in ea detur aliquis Metropolitanus.

S U M M A R I U M.

- 1 Fallit series.
- 2 Mensura distantiae de loco ad locum quomodo faciendae sit remissioe.
- 3 De duplici persona quoad spiritualia concurrente in Papa.
- 4 Papa habet iurisdictionem in toto mundo etiam cum iure territorii.
- 5 Vicarius Urbis dicitur in ea Ordinarius loci.
- 6 Territorium, seu Diocesis particularis Urbis quantum se extendat, & de Urbis districtu.
- 7 Praesertim ex veteribus iurisdictionem intra breviorum modernum districtum 40. milliarium quid operetur.
- 8 Intra latiorum districtum 100. milliarum nullus adest Metropolitanus.
- 9 Quales acatur Provincia Romana, seu Papa.
- 10 Litterae Apostolicae, ac executionem obtineant, debent iustificari in omnibus narratio.
- 11 Fallit accedente consensu interessatorum.
- 12 De erectionibus Cathedralium, vel Metropolitanarum quomodo fiunt, & an egeant iustificatione.
- 13 Saluum Decretum Con-sistoriale etiam sine literis sufficit ad erectionem Cathedralium, vel Metropolitanarum.
- 14 Erectiones Cathedralium sunt ad preces Principum.
- 15 Datur distinctio inter gratias exigentes, vel non exigentes factum hominis.
- 16 An non usus tollat effectum erectionis, seu gratiae.
- 17 Quae requiratur ad praescribendam exemptionem a iure metropolitico.
- 18 Effiugatio in parte sufficit.
- 19 In gratia de sui naturae praedictualibus, non curantur praedicta canonica & consuetudina.
- 20 De erectione Ducatus Urbini remissioe.

D I S C I.

Postquam sub Paulo III. iuxta seriem, de qua in Senogallien. Castrorum sub tit. de feud. disc. 1. Rectori possessores plurium Civitatum, & domitorum sub diversis styli, obtinuerunt in eis infimul unitis erigi Ducatum Urbini tanquam speciem unius Provinciae, seu Principatus; Capientes idem in spiritualibus quoque sequerentur, obtinuerunt a Pio IV. consistorialiter, & in forma consueta, Ecclesiam Cathedrali Urbinate, erigi in Metropolitana, eadem in suffraganeas assignando Ecclesias Placent. Forosempron. Callien. Senogallien. Feretan. & Eugubinae assignata ratione, quod sicuti in temporalibus omnes dictam Civitatem in Metropolitum huius Status agnoscunt; ita pro majori suffraganeorum commodo, utilitate, & decore, idem sequatur in spiritualibus absque necessitate in causa appellationis aequi cum majori sumptu Romanam

Curiam, dictaque erectioni assensum praebuerunt omnes alii Episcopi, cum quibus ex tunc illico ius metropolitico absque aliqua contradictione effectum sortiri coepit, excepto Eugubino, attento quod ea Ecclesia tunc in commendam possidebatur per Cardinalem Sabellum unde propterea in eadem erectione disponitur, illam dicta commendam durantem, suspensam remanere debere, effectum tamen sortitum immediate post eam cessatam; Cum autem inter dictas Civitates Urbinate, & Eugubinae antea vigerent simulationes, unde propterea ista Eugubina huiusmodi subiectionem erga aliam nimirum agere, ob reverentiam tamen Ducum non audeat se directe opponere. Hinc dicta dominatione durante, studiosè curatum fuit, post casum dictam commendam, effectum quo magis fieri posset dictae subiectionis praesidium, ita ut facti rati fuerint casus, in quibus dictus Metropolitanus suas partes in hac diocesi, exercuerit; usque ad tempus revolutionis fandi, quae facta de anno 1631. levato velo, Episcopus, Civitas, & Diocesis, dictam subiectionem negando, se conservare curant in antiquo statu exemptionis, ac immediate subiectionis Sedis Apostolicae, adeunt, Ughellus in 1. primo Italiae Sacrae, in quo agit de solis Episcopibus exemptis a iure metropolitico, & Sedi Apostolicae immediate subiectis, inter eos illos collocaverit; Verum de anno 1661. modernus Archiepiscopus huiusmodi praetensionem excitando, obtinuit a Sanctissimo relictis Sac. Congregationi Concilii, ut huiusmodi controversiam summarie, & sine figura iudicii proinde de iure cognosceret, & terminaret. Unde propterea ex parte Episcopi, & Civitatis, plurimum Advocatorum, pro directione, ac defensione, convocatus fuit congressus, in quo, ut infra, varia inveniuntur fuerint motiva, quibus tamen, ob difficultates a me inter congregatos juniore excitatas suspensis.

Determinatum fuit, amplectendum esse motivum a me deductum quamvis ab aliquibus primo aspectu reputatum singulare, ac extra professionem iustitiae, super defectu scilicet intentionis Papae erigentis, ob ignotam, & forte non consideratam facti circumstantiam, quae istam Ecclesiam ab aliis suffraganeis praedictis diversificat, quia nempe esset infra ambitum 100. milliarum, & sic intra Provinciam Romanam, in qua nullus datur Metropolitanus.

Quod motivum plausum habuit apud Sac. Congregationem, quae proinde mandavit mensurari distantiam, ad effectum inspicendi, an dicta Civitas esset intra huiusmodi ambitum, ut ex hac parte pro constanti supponebant, vel extra, ut pretendebatur ex parte Archiepiscopi huiusmodi circumstantiam negantis & hoc stante cauta ulteriorem progressum luculone non habuit, unde propterea desuit occasio disputandi super huiusmodi mensurae modo, an scilicet per aerem, vel per terram fieri deberet, & quatenus hoc secundum modo, an per lineam rectam, & per aerem, vel potius per vias usitatas, vel respectivè inusitatas, seu scortos, de quo aequaliter habetur actum in Murana erectionis Conventus sub tit. de Regularibus.

Dicendam igitur in discursu desuper habito, Papam, quatenus pertinet ad spiritualia, duplicem personam representare, unam, in qua dicitur Christi Vicarius, militantis Ecclesiae caput visibile, totiusque Orbis Episcopus, ac Ordinarius Ordinationum, eundem Orbem habens pro diocesi, damnata proflus sententia volentium huiusmodi generalem jurisdictionem esse in personam non autem cum iure territorii, quae propositio per aliquos circa annum 1650. in campum deducta, per Sac. Congregationem Inquisitionis, causa mature cognita, tanquam temeraria, imò haeretica expressè damnata fuit, ut habetur inter illa mea vota, seu annotationes quas occasione efformandi in hoc puncto votum ad petitionem ipsius Cardinalis, ex prudentialibus motivis congruit vigeret sub tenebris.



Altera vero persona est illa Episcopi particularis Urbis, ubi tanquam Ordinarius loci hanc legem dioecesanam exercet per suum Vicarium, qui proinde in Urbe ejusque territorio dicitur Ordinarius, ac venit sub legibus, aliisque decretis loquentibus de Ordinato loci, *Veit. in praxi. c. 7. n. 1. Staccia de iudic. lib. 1. c. 23. n. 1. Sbroz. de off. Episcopi. l. 1. q. 12. num. 19. bene Rota in Romana hactenus 28. Aprilis 1659. coram Melio. impress. post collect. Bononi. dec. 62. & dicitur non semel infirmatum supra in tit. de jurisdictione, & foro competenti.*

Territorium autem, seu dioecesis particularis Urbis ubi Papa hanc secundam personam Episcopi particularis gerit, de iure protrahitur usque ad dictum ambitum 100. milliarium circum circa, ad text. in l. 1. §. initio, ff. de offic. Praefecti Urbis, ubi Bald. ante n. 1. Tucus verbo *diffinitio* consulat. 516. in l. 1. Penzon. ad Statut. c. 197. n. 95. §. 1. & habetur actum in Romana abella equorum, & in Romana fide, seu debent, sub tit. de Regal. disc. 72. §. 94. occasione examinandi hunc terminum, seu vocabulum *diffinitio* Urbis.

Et quamvis hodie ambitus districtus per moderna statuta sit redactus ad solum ambitum 40. milliarium, ad tollendam eam incoercitabilem, ac in seclis restitueretur solum ad loca subjecta populo circa sal & focaticum, & ex deductis praefertim, & in Romana fide, seu debent, respiciendo finos temporales, atque principaliter ordinatum est quoad jurisdictionem Senatoris & Populi & subjectionem statutorum, unum propterea intrat receptissima propositio, de qua in Febriana, & frequenter in aliis sub tit. de iuris quod a finibus temporalibus non inferatur ad spirituales, & e contra, & consequenter ista moderna restrictio attendenda non videtur in ordine ad diminuendam antiquam Urbis dioecese, in primam Dionysii divisione ex regula Praefecturae incoercitabilem.

Licet autem in contrarium urgeat videretur praxis, seu observantia Tribunalis Vicarii, quod eius cumulariam jurisdictionem etiam in prima instantia non protrahit ultra dictum moderatum ambitum, seu districtum 40. milliarium, Nihilominus ubi etiam ex huiusmodi consuetudine alii Episcopi intra 100. milliaria existentibus, aliquod jus super exemptione ab hac jurisdictione quaeritur, ut probabilius videtur, & habetur actum sub d. tit. de iuris. in Terracina, disc. 50. Adhuc tamen cum conclusio iuxta receptissimam quotidianam propositionem, strictissime attendenda sit in suo casu individuo, neque extendenda sit de casu ad casum, operativa quidem esset poterit quoad dictam facultatem Vicarii habendi cumulariam cum ipsis Ordinariis, etiam in prima instantia intra dictum moderatum ambitum restringendam, non autem quod dictus antiquus ambitus desinat esse de Urbis dioecese, seu territorio, ad effectum ut nullus Metropolitanus in ea deat.

Quod probari observabam ex incoercitabile observantia Sedis Apostolicae, quod non conveit intra hunc ambitum Ecclesiae Metropolitanas erigere, five Cathedrales inibi existentes alteri Metropolitanis subiacere, & si forte quandoque id factum est, atamen non habuit effectum, ut praefertim habemus de Ecclesia Aquinaten. quam Archiepiscopus Capuanus ex quibusdam antiquis Apostolicis diplomatis praetendit esse eius suffraganeam, qualem inadvenerit supponit Barbol. in suis Provincialibus, Observanda vero docet contrarium, cum ista Ecclesia conservet in statu exemptionis, ac immediate subjectionis Sedi Apostolicae, unde Ughellius in d. Roma. Italia Sacrae, cam inter exemptas collocat.

Ideoque stante dicta moderna observantia Tribunalis Vicarii, restringendi suam jurisdictionem intra breviorum moderatum districtum 40. milliarium, hinc profertur Ecclesiasticae eruditionis, dicunt antiquum latorem ambitum 100. milliarium, ad differentiam modernam, & pro exclusione cuiuscumque Metropolitanam, appellare solent sub nomine Provinciae Romanae, quod tamen vocabulum latius patere solet, atque in plurium sensu comprehendit omnes Ecclesias exemptas, Sedi Apostolicae immediate subiectas, per totum Orbem spatias; Et quod Ecclesiae existentes intra Provinciam Romanam non componant Metropolitanam, refert de iur. per S. Consueg. Egan. in c. si membra, n. 36. de his qua sunt a Prelato sine consensu Capituli. Quae Provincia exiit inter Provincias Capuanam & Pisanam, ad text. in c. 1. n. 1. de offic. Vicari.

Quanto autem dictum facti praesuppositum non assistet, quod scilicet haec Civitas non esset intra dictum ambitum Provinciae Romanae, ita cessat motivum verisimiliter deficientis voluntatis Papae regulandi istam Ecclesiam iure aliarum, ut supra hinc nova Metropolitanam Ecclesiam

subjectarum, ob dictam circumstantiam diversificantem; Tunc mea sententia erat, etiam in sensu veritatis, probabile esse oppositionem huius Ecclesiae & Civitatis episcopalis, ob rationes antiquae aequalitatis, & antipatia & successive scandalorum & incongruentium, quae exinde resultare possent, non tamen legulicis & pro motis iuridicis eorum iudicibus deducunt, cum peritiam viam fati timendum esset, Sed potius prudentialiter & politicè, recurriendo ad eundem Pontificem pro moderatione probabili omnino concedenda, iuxta exempla, quae in hac materia habemus frequentia; Praefertim vero tunc deducebam illud Ecclesiarum Parmae, Placentiae, Imolen & Cervinens. quas Gregorius XIII. Ecclesiae Cathedrali Bononiens. per ipsum in Metropolitanam erecit in suffraganeas assignaverat, eas vero Sixtus V. vel alter successor in primo suo statu reposuit, vel scilicet exemptionis & immediate subjectionis Sedi, vel respective restituendo Ecclesiae Metropolitanam Ravennat. Quod etiam Paulus IV. fecit quoad Ecclesias Pennae & Adriam, quas alias exemptas Clemens VII. subiecit Ecclesiae Metropolitanam Theatin. & Pius IV. ex eodem motivo pacis, & pro sedandis continuis discordiis plurimum inconvenientium productivis, Ecclesiam Anfanens. vel Lancianens. eidem Metropolitanam Ecclesiae Theatine subiectam erexit etiam in Metropolitanam; Cum quibus & similibus exemplis factis iustam & probabilem credebam huiusmodi petitionem, ad quam solum recurrendum esset, quatenus ut supra non assisteret dictum facti praesuppositum circa situationem infra ambitum 100. milliarium, quo subsistente, credebam causam esse in tuto pro hac parte, stante praefertim observantia, attendenda tanquam interpretativa, huius motivi, & voluntatis Papae potius quam tanquam inefficacis, seu non usus dictae erectionis, ut alii credebant.

Ceteri congregati, dicti quidem Juris Consulti, sed nulli legalibus propositionibus nimirum inhaerentes, erant in sensu quod principaliter insistentium esset in eo quod illa littera Apostolicae, quarum exequutionem Archiepiscopus petebat, utpote ad partis postulationem, praefati scilicet Ducis Urbini, deberent in omnibus narratis iustificari; Excursionem mererentur, ad communiter notata in cap. si capitulo de concess. praebendae, & est apud beneficia illas quotidianam super exemptione literarum, provisionis beneficii, vel reservationis pensionis, cum similibus; Et in proximis terminis necessaria iustificatio omnium narratorum in litteris Apostolicis super erectione Ecclesiae in Collegiatam habetur, dec. 238. 254. & 284. p. 7. rec. & est actum infra hoc eod. tit. in Messan. erectionis, disc. 9.

Narrata vero dicebant, nedum iustificata non esse, sed neque posse iustificari, unde propterea inferebant ad vitium subiectionis, & obreptionis, ac defectum intentionis, dum in eisdem litteris narratur, omnes Ecclesiae praedictas consistere in Statu Urbini, istamque Eugubinam & alias Civitates in temporalibus agnosceret alteram Urbinate, in Metropolitanam, quo in facto corruere dicebant respectu ipsius Civitatis, quam Dux possidebat in Vicariatum, seu Principatum cum diverso titulo, absque aliqua subiectione, vel dependentia a Statu Urbini, cum quo aequè principaliter non autem subiectione per Paulum III. unitus fuit hic Vicarius, seu Principatus pro sola erectione dignitatis Ducalis ut in d. Senogallien. & Capranensis sub tit. de sena. disc. 1. Prout narratur huiusmodi erectionem, praefatum Ecclesiarum, eorumque Praefatorum, cleri, populi, Civitatum, & diocesium, cum modicis & utilitatibus partium esse, cuius contrarium de dicto in ista Eugubina Civitate & diocesi contingeret, cum Praelatis alias exemptis, ac Sedi Apostolicae immediate subiectis, ita fieret subditus Archiepiscopi, & sic eius dignitas minueretur, prout notabiliter praedictaretur ipsi Civitati ex omnibus circumstantiis, vel de majoritate, vel aequalitate contentendi cum dicta Urbinate, quam alias emulam, ita in superiorum & Metropolitanam recognoscere coguleret, cum alias praedictis resistentibus statim clero & populo, tam ob itineris asperitatem, tam ob majores expensas, quae in litigando supponuntur ratione cuiusdam *capofaldi* ibi solvi consueti, unde magis expedit in gradu appellationis Romanam Curiam adire.

Ad praesumptionem vero iustificationis resultantem ab effectu erectionis factio unius feculi curialis Ecclesiae respondebant id proveniret consensu per alios Episcopos ut supra initio praefertim, quo concurrens alia non exigitur iustificatio, ut per scribentes in d. c. si capitulo, Lotter. de benef. l. 1. q. 22. n. 6. Burat. & adden. dec. 83. n. 2. & 309. num. 1. adden. ad Greg. dec. 57. num. 11. & p. 83. Atque ad alios actus gestos in hac dioecese, respondebant quod essent clari desini, seu meticulosi ob Ducum reverentiam, semper tamen contradi.

desini, seu meticulosi ob Ducum reverentiam, semper tamen contradi.

13. Quamvis autem ut supra, etiam in sensu veritatis, credendum tatis iustam & probabilem esse huius Civitatis & Ecclesiae praetensionem, super continuatione primaevis status exempti; & sub immediata subiectione Sedis Apostolicae, vel ob dictam situationem infra centum milliaria, qua subsistente defectus intentionis est clarus, vel ista facti circumstantia corruente, ob moderationem in omnem eventum iuxta superius infirmata & similia exempla, iuste & rationaliter a Sede Apostolica concedendam; Nimirum in idem suffragante longevo non usu, non quod iste apud esset ad tollendam, vel praescribendam dicta superioritatem, ut infra, sed pro interpretatione dicti defectus intentionis, five pro iustificatione dictarum causarum, ob quas in omnem eventum praefatae moderationis locus esset deberet.

De reliquo praefatae legales propositiones in suis casibus verae, non videbantur subiectae materiae congrue applicabiles, cum huiusmodi erectiones Cathedralium, vel Metropolitanarum, censende non veniant iure simplicium gratiarum, quae ad partium postulationem & narrativam sunt super provisionibus beneficiorum, & similibus; ac etiam super erectionibus collegiarum, Quoniam praefata erectionum species sit causa mature cognita in pleno Concilio, & pravia cognitione, & consultatione Congregationis Conciliorum; Ac propterea litteras Apostolicas super erectione Cathedralium non indigere aliqua iustificatione firmatur, dec. 612. p. 2. rec.

13. Et in specialibus terminis juris metropolitanici pro Archiepiscopo Theatino cum Episcopo Ortonens. firmatur in Theatini iurisdictionis 17. Septembris 1607. & 17. Martii 1608. coram Ottembergo, ubi quod etiam decretum factum in concilio absque litteris ad id iussit.

14. Neque bene dicebatur istam esse gratiam ad partis postulationem, quoniam licet in litteris erectionis diceretur fieri ad preces Ducis Urbini; Attamen licet de consuetudine Sedis Apostolicae in huiusmodi erectionibus praedictarum ob excellentiam & gravitatem materiae, ut non nisi ad postulationem Regum, vel Principum, ad huiusmodi innovationes procedatur, ut docet praxis actualis, in casu, de quo infra in Burgen. erectionis, disc. 6. & patet apud Peniam, dec. 545. ubi de Ecclesia Montis regalis erecta in Metropolitanam ad preces Regis cum similibus, ac etiam praefertim in Canonizationibus Sanctorum, non inde tamen sequitur dici gratias inconsiderate, & ad solum partis postulationem & narrativam factas, ita ut indigeant pro executione consueta formali iustificatione narratorum, cum illam praesertim priusquam ad decretum in Concilio deveniatur.

15. Ut enim bene advertitur in eisdem praefatis terminis consimilibus controversae juris metropolitanici in Montis regalis iurisdictionis coram Penia inter ius, dec. 546. & 761. praesertim in hac ultima, aliae sunt gratiae, quae non statim secum executionem trahunt, sed aliquo hominis ministerio indigent, aliae vero sunt, quae absque aliquo ministerio statim trahunt executionem, ut in prima specie requiritur formalis iustificatio, secus autem in secunda.

Quo vero ad non usum, seu contrarium usum, istud motum in specie reicitur in dicta Theatina coram Ottembergo, ac etiam in allegata Montis regalis coram Penia, quicquid dubitatum esset in dec. 720. coram eodem, ex earatione, quod huiusmodi juris metropolitanici exercitum est dupliciter facultatum, ex parte scilicet Metropolitanam, qui potest illud quandoque negligere, & clari ex parte subditorum, vel quia possunt non appellare, ita ut non contingant casus appellationum, & gravaminum, vel quia cum electio fit appellantis, poterunt appellare ad Papam, ejusque Curiam omnino medio unde propterea defuerit occasio, qua cessante etiam per milles annos non intrat praescriptio, ad cuius effectum in huiusmodi iuris incorporalibus necessaria est, vel immemorabilis bene probata, vel saltem praecedente contradicione, subsequuta patientia quadragenaria, juncta cum fama privilegii, ut in specie advertitur in dicta Theatina iurisdictionis 17. Septembris 1607. & 17. Martii 1608. coram Ottembergo, unde propterea istud motum neglectum fuit in dicta Montis regalis coram Penia.

16. Clari vero quia de usu & effectuone constabat cum tot aliis Ecclesiis, ex quibus haec Provincia constituta erat. unde propterea effectuone in parte sufficit, ne unus & idem actus diverso iure censetur, ac eodem tempore validus & invalidus sit, seu effectuus & ineffectuus, ut advertitur dicta, dec. 612. p. 2. rec. & habetur frequenter in materia beneficii & unionum, ut effectuone in parte sufficit pro effectuone actus gestos in hac dioecese, respondebant quod essent clari desini.

E quoad minus vera praesupposita in dictis litteris contenta, quatenus agatur de praedictis generalibus resultantibus a diminutione prioris dignitatis, & praeminentiae, vel subiectionis unius Ecclesiae erga alteram, ista sunt praesupposita naturalia, & per Papam recte cognita, & praevia, tanquam necessario consecutiva, id est non attendenda, unde propterea receptam conclusionem habemus, quod licet ex regula de iure tertio quaesito non tollen. in gratis alteri praedictis requiratur specialis derogatio dictae regulae & iuris tertii, non tamen id procedit in huiusmodi erectioibus, utpote de sui natura judicialibus, ut infra in Messanen. erectionis Collegiate, disc. 9. cum similibus, potissime quia sufficit utilitates, & commoda per Papam praesupposita & sperata, verificari in aliis Ecclesiis, cum actio fiat ad praedominantem.

Leve demum videbatur illud fundamentum falsi praesuppositi circa jus metropolitanici Civitatis Urbinate, in temporalibus ob diversitatem huius Vicariatus Eugubini a feudo & Statu Urbini, idem enim procedit etiam in Principatu Pisanen. & in dominio Senogallien. & aliis sub diversis etiam titulis & dominis possessis, adhuc tamen recte verificabatur dictum praesuppositum saltem de facto ob erectionem, quam de omnibus huiusmodi quamvis inter se diversis feudis & dominiis fecit Paulus III. in Ducatum Urbini tanquam per personam unius Provinciae, firmis remanentibus singulorum iuribus, privilegiis & praeminentiis iuxta seriem de qua in dicta Senogallien. Caltrorum sub tit. de feudis, disc. 1. ideoque mihi videbatur assistere magnam probabilitatem huic parti Eugubinae Ecclesiae, sed ex dictis aliis motivis non autem ex istis.

S U M M A R I U M.

- 1 De pluribus personis formalibus concurrentibus in Papa.
- 2 De districtu Urbis, & de Provinciae Papae.
- 3 De erectionibus Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium.
- 4 De modo mensurandi distantiam de loco ad locum.

ANNOT. AD DISC. I.

Super statu particulari istius causae aliud non suppetit, dum adhuc filet, atque Episcopus continuat in possessione exemptionis & immediate subiectionis Sedis Apostolicae.

De multiplicibus vero personis formalibus in eadem materiali persona Papae in hoc discursu consideratis, agitur alibi frequenter, & praesertim in Relatione Curiae, lib. 15. disc. 2. & lib. 14. tit. de Regular. disc. 33. & in Miscellan. Ecclesiastic. disc. 1. eod. lib. 14.

Error autem est eorum, qui credunt, quod istud latius spatium centum milliarium in circuitu, quod ab aliquibus Romanum circumdarium appellatur, sit Provinciae Papae, qui figuram faciat, vel speciem habeat Metropolitanam, quoniam istud spatium verè, & proprie est Urbis antiquum territorium, iuxta deducta in iam allegatis, disc. 72. & 94. de Regal. & per consequens est Dioecesis Episcopatus Romani, cum ea specialitate, ut in eodem territorio dentur plures Episcopi, quod regulariter implicat ratione prohibitionis plurium capitum in eodem corpore, & est regulariter monstruosum, sed ista regula in isto casu fallit ex ratione, quod illi Episcopi, qui sunt intra hunc districtum, ita potius adiutores, vel Vicarii censendi sunt, cum autem, non autem privativam habentes cum ipso Episcopo proprio, & principali, ut occasione Episcoporum intra hodieum breviorum districtum quadraginta milliarium; advertitur in antecedenti tit. de iuris, disc. 50. & 53. & in Relat. Curiae disc. 13. agendo de Cardinali Vicario, ejusque Tribunali.

Et quamvis hodierna restrictio praefati Cardinalis Vicarii quae repraesentat Papam, tanquam Episcopum particularem, & ordinarium Urbis, sit intra districtum moderatum quadraginta milliarium, atamen id non tollit veritatem districtus antiqui quoniam non implicat, ut Episcopus concedat ius Vicario jurisdictionem magis restrictam, quam ipse habeat, aliqua verò sibi reservet, ut in eadem Urbe praesertim docet in collatione beneficiorum. Potissime quia modernus districtus provenit a statutis Urbis conditis quidem auctoritate Papae tanquam Principis secularis potius quam tanquam Papae, ideoque sequitur, quod sunt fines temporales, a quibus inferre non licet ad spirituales, & è converso, ex deductis d. tit. de iuris, disc. 1. & in aliis, seq. & d. disc. 1. in Miscellan. Eccles. & alibi.

Provincia igitur Papae comprehendit omnes illos Episcopatus, qui per Universum Orbem sparsi, nulli subiacent Metropolitanam, vel Primati, sed sunt immediate subiecti Sedis Apo-



Apostolica, ac etiam illa Ecclesiae inferiores saeculares, vel Regulares, quae habeant Praelatos, cum territorio separato, & cum qualitate Nullius, & sic extra omnem Diocesim, & cum eadem exemptione a Metropolitanis, ac immediata subjectione, isofique Episcopatus in Italia recenset Ughell. in jam allegato primo tomo Italiae Sacrae, quasi quod (improprie loquendo) cum his Episcopis Papa faciat figuram Metropolitanam.

- 3 De hujusmodi autem erectionibus Ecclesiarum Metropolitanarum, vel Cathedralium, agitur infra, *disc. 6. & in d. Relat. Curiae, disc. 4.* ubi de Consiſtorio, & actis consistorialibus. Et de modo mensurandi distantiam de loco ad locum, *sub tit. de Regal. disc. 31.* ubi de milliari, ac de leuca, & de passu & alibi.

**SYPONTINA  
CATHEDRALITATIS  
PRO CAPITULO MONTIS SANCTI ANGELI  
CUM CAPITULO MANFREDONLE.**

*Causa decisus per Rotam pro Capitulo Manfredoniae.*

De probatione Cathedralitatis alicujus Ecclesiae, vel aequae principaliter cum altera Cathedrali unita, vel aequae principaliter concurrentis cum altera ad unam Cathedralam efformandam, seu constituendam, & de probationibus & signis Cathedralitatis,

**S U M M A R I U M.**

- 1 Falsi series.
- 2 Episcopus debet celebrare Missam in ea Ecclesia, in qua consistit Christiana.
- 3 De decreto Martini V. quod attendendum decreta, & concessionem Pontificum ante schisma.
- 4 De resolutionibus S. Congregat. & Rota in causa.
- 5 Cathedralitas probatur per signa & adminicula.
- 6 Electio Episcopi spectat ad Capitulum Cathedralis, at si sunt duae unitae, spectat ad utrumque Capitulum.
- 7 Antiquis inscriptionibus in marmore esse deferendum.
- 8 Sedes Episcopalis in Ecclesia est signum Cathedralitatis.
- 9 Insultatio Episcopi sub nomine utriusque denotat Cathedralitatem & unionem aequae principaliter.
- 10 Insignia Ecclesiae Cathedralis probant Cathedralitatem.
- 11 Possessio in Ecclesia capta per novum Episcopum est indicium Cathedralitatis.
- 12 Habitatio fixa Episcopi paenes Ecclesiam idem denotat.
- 13 Item celebratio dedicationis Ecclesiae.
- 14 Historici in hac materia deferendum esse.
- 15 De aliis adminiculis, & quomodo ista ponderanda sunt.
- 16 Una & eadem Ecclesia Cathedralis formalis representari, seu efformari potest a pluribus Ecclesiis materialibus.
- 17 Titulus diversus deservit contrariam possibilitatem ex adminiculis resultantem.
- 18 An possint stare simul, quod Ecclesia jam Cathedralis erigatur in Collegiatam.
- 19 De constitutione revocatoria Bonifacii IX.
- 20 De revocatione sessorum durante schismate in Concilio Constantiensi.
- 21 De ratione dictae revocationis.
- 22 Non usus, vel usus contrarius sicuti est aptus tollere privilegium ita etiam est aptus enervare privilegii revocationem.
- 23 Habens privilegium quod pretenditur revocatum, si revocatio est dubia, manendum est.
- 24 Observantia Datarum & Sedis Apostolicae in hac materia deferendum est.
- 25 Respondetur adminiculis Cathedralitatis.
- 26 Quomodo in his materiis procedendum sit.

**D I S C. II.**

Elaso primo sedente, dum Ecclesiam Sypontinam regeret Laurentius Episcopus, quae tanquam Sanctum Ecclesiae venerat, circa annum nostrae salutis 497. in vertice montis Gargani territorii Sypontini, fuit illustris apparitio S. Michaelis Archangeli in quadam spelunca ad Templi similitudinem conformata, quam Episcopus, ex Angelica revelatio-

ne dedicavit & consecravit, & ejus apparitionis commemorationem Ecclesia Catholica celebrat sub die 8. Maji; Unde propterea iste locus in magna veneratione in toto Orbe Principum haberi cepit cum magno peregrinorum, etiam Principum concursu, cuius ratione, ac etiam ob aeris salubritatem, & deo convertio insalubritatem aeris ipsius Sypontinae Civitatis, tam Episcopi, quam clerus & populus ibi moram trahere consueverunt, indeque tractu temporis, diversis utriusque loci populis & cleris respectu constitutis, inter eos emulationes & diffidia exorta fuerunt super iure Cathedralitatis, per hanc modernum Ecclesiam S. Michaelis praeterea ex quodam indulto Eugenii III. ita ut de effe Ecclesiae invicem unitae Sypontinae & Guarniciae, quam controversiam ad Alexandrum III. delatam, hic ad favorem Ecclesiae Sypontinae terminavit, ut ea unica esset Cathedralis, quod post approbationem Lucii & Celestini III. causa magis cognita, denovo statuit Innocentius III. in Concilio sub datum Kal. Junii anno Pontificatus V.

Alia item inter has Ecclesias sub Honorio III. exorta controversia, cum enim in die Coenae Domini Episcopus residens in Monte accedere vellet ad christiana consensum in Ecclesia Cathedrali Sypontina, Garganicus vero cum cogere, ut prius ibi Missam celebrare deberet, id prohibuit fuit, respondente Pontifice quod in eadem Ecclesia in qua christiana consistit, Missa celebrari deberet, ut patet ex decreto registrato inter Decretales in c. te referente, de celebratione missarum.

Cum autem Manfredus ad radices dicti Montis, vel ob insalubritatem aeris dictae Civitatis Sypontinae, vel ob opportunitatem illius sinus maris, novum locum a fundamentis construxisset, ab ejus nomine Manfredonia nuncupatum, ad quem populus & clerus dictae antiquae Civitatis translatus fuit, Garganicus de anno 1401. obtinuerunt a Bonifacio IX. dictam Ecclesiam Sancti Michaelis erigi in Cathedralam, atque aequae principaliter cum Sypontina uniri sub uno Archiepiscopatu, qui Sypontinus, & Garganicus nuncuparetur. Venit pallo post de anno scilicet 1417. per Joannem XXII. seu XXIII. successorem dictae erectio revocata fuit. Atque postea per Concilium Constantiense Schisma 26. recurrentibus partibus ad Martinum V. pro declaratione, an prima, vel secunda licet attendenda essent, Pontifex praedictus de anno 1419. ad instantiam Ecclesiae Sypontinae scripsit, observari solum debere privilegia & Constitutiones Summorum Pontificum, qui fuerunt ante schisma. Quia vero praesertim hoc ultimo saeculo Garganicus curabat se confovere in iure Cathedralico, postquam Sede vacante, deputando proprium Vicarium, Hinc exortis novis controversiis de anno 1633. & re delata ad Tribunalis Aud. Cam. criminalibus, prodit sententia Garganicorum absolutoria, reservatis partium iuris in eivilibus. Cumque haec occasione unus ex Canonici dictae Ecclesiae Garganicus, habere sumptum autenticum iteratum Bonifacii IX. super dicta erectione in Cathedralicam, quod fuit causis totius mali praesens Ecclesiae, quoniam Garganicus dictis literis freti, nimis audacter in hoc iure Cathedralico se gerentes, ita jam dormientes Sypontinos, quasi per vim excitant ad hujusmodi causam resultantem, illaque introducta in Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium, de anno 1656. prodit resolutio, non constare de Cathedralitate Ecclesiae Montis S. Angelii, adversus quam resolutionem obtento a Signatura Graeae scripto, ut Sac. Congregatio procederet in causa cum voto Rota, assumptaque in hoc Tribunali nova dispositione coram Certo super dubio, An constaret istam Ecclesiam S. Michaelis esse Cathedralicam, sub die 13. Januarii 1659. negativa etiam prodit resolutio, quae nihil quavis pro hac parte succumbente scribens, iusta & probabilis visa est, ab initio etiam praevisa, & parti juxta solum liberè insinuatam, totum tribuendo propriae culpa eorumdem publicantium dictas literas Bonifacii, eisque eorum jus referentibus cum aliquo exasperanti modo, spreis pluribus monitionibus desuper habitis, ac etiam subsequenti aliquibus scandalis cum Archiepiscopo Theuronicis, quae fuerunt magna pars hujus mali.

In hac igitur dispositione in Rota, scribens tanquam Advocatus, pro hujus Ecclesiae Cathedralitate probanda plura deducebam ejus signa & adminicula, ex quibus in antiquis Cathedralitatibus probari, plene, & luculenter firmatur in CaesarAugustana Cathedralitatis coram Coecino, *dec. 353. par. 5. rec.* & de qua causa habetur infra, *disc. proxime sequenti* de aliis decisionibus in ea causa editis pro ejusdem Cathedralitatis adminiculativa probatione, ita ut longè majora

majora viderentur in isto quam in illo casu concurrere adminicula.

Quorum primum & satis vehementes deducebam ex literis Alexandri III. registratis in antiquo marmore existente in arvia dictae Sac. Speluncae, per quas stante Sedis vacatione, parvia narrativa, quod Ecclesiae Sypontinae, & Garganicam Sedem constituunt, injungitur Garganicis, quod una cum Sypontinis ad novi Praesulis erectionem, seu nominationem procederet, quod signum est Cathedralitatis, quoniam jus eligendi Episcopum competit solum Capitulo Ecclesiae Cathedralis, atque ubi sunt duae Ecclesiae Cathedrales invicem unitae, tunc ab utroque Capitulo facienda est electio ad communiter notata per Bellamer. & alios in c. & temporis sui, questione 1. Gratian. qui alios colligit *disc. 893. numer. 23.*

Dictis autem literis utpote ab antiquo tempore in marmore registratis, fidem adhibendam esse dicebam autoritate Glof. in c. Causam, qua de probat. ut de communit. notat. per scribentes in l. monumenta, Cod. de Religiosis & sumptibus funerum, Maicard. de probat. conclus. 659. n. 21. Rota in Auximana sepultura 28. Maji 1646. Arguelles, & in his terminis Gratian. d. *disc. 893. numer. 31.*

Alterum adminiculum deducebam ex Sede Episcopali fixa & marmorea existente in eadem Sacra Spelunca, quae signum est Cathedralitatis, cum non nisi in Ecclesia Cathedrali Sedes Episcopalis fixa haberi solet, ut de consimili, quoniam minori adminiculo deducto ex assertionibus historico-rum, quod Episcopi in Ecclesia Sedem habuerint, habetur dicta *dec. 353. nu. 51. & seq. p. 5. rec.* Multo magis ea circumstantia accedente, quod in hujusmodi Sede antiquis literis Gothicus reperitur haec inscriptio.

Sedes haec numero differt a Sede Syponi; Jus, & honor Sedis, quae sunt ibi, sunt quoque monti. Unde intrabat eadem supra dicta conclusio de fide adhibenda antiquis falsis inscriptionibus.

Tertium refutabat adminiculum ex antiquis & modernis intulitionibus Archiepiscoporum ut dominantium Sypontinos & Garganicos, ut in specie advertitur apud Caval. *dec. 330. in fine*, ubi firmatur, necessarium non esse, quod in omnibus actibus Episcopi hanc duplicem habeant intulitionem, sed sufficere, quod ita quodam terverit.

Quartum adminiculum deducebat ex insignibus, seu stellis, quibus aliqui Archiepiscopi ubi fuerant in illis temporibus, in quibus non proprii & privati, sed Ecclesiarum signifi- cus usus habebatur, quoniam praesertim cum Cardinalis de Cypis Tranen. nuncupatus, commendatas haberet Ecclesias Tranen. & istam, in ejus sigillo tres adhibebat Imágenes, unam S. Nicolai Peregrini pro Ecclesia Tranen. alteram S. Mariae pro Sypontina, & alteram S. Michaelis pro Garganica, quod insignium adminiculum in proposito magnificat Rota, *ad dec. 353. n. 66. & seq. p. 5. rec.*

Quintum refutabat ex actibus possessionis captae per plures modernos Archiepiscopos in utraque Ecclesia, quod est clarum indicium eas esse duas Ecclesias Cathedrales aequae principaliter unitas, cum in sola Ecclesia Cathedrali, seu principali, capiendi sit possessio, ex qua inferunt ad illum omnium aliarum inferiorum, quae reputantur tanquam ejus membra, seu praedia, ut apud Caval. *dicta dec. 330. nu. 6. & apud Peniam, dec. 357. juxta Venetiam, alios 699. juxta Ludovicensem.*

Sextum ex palatio Archiepiscopali antiquo existente in Monte, & prope eandem Sac. Speluncam; fixa enim habitatio, & residentia Episcopi paenes unam Ecclesiam magnum est Cathedralitatis indicium, ex deductis *dec. 353. nu. 16. cum seq. p. 5.*

Septimum a celebratione dedicationis hujus Ecclesiae quod non convenit nisi Cathedrali, ut in eadem, *dec. 353. & in aliis ejus confirmatoriis.*

Octavum satis urgens deducebam ex literis Julii III. qui in minoribus fuit Archiepiscopus Sypontinus, dum concedendo huic sacrae Speluncae aliqua privilegia spiritualia eam vocat suam primam psonam, qui terminus non convenit nisi Ecclesiae Cathedrali.

Nonum adminiculum deducebat ex antiquis Chronicis & assertionibus, praesertim ex antiquo Provinciali Cancellariae Apostolicae, ubi ponitur Archiepiscopus Sypontinus & Garganicus, & Freccia probatissimus author in ejus tractatu de subsediis, l. i. tit. de provinciis, diligenter describendo omnes Archiepiscopatus & Episcopatus Regni vocat istum Sypontinum, seu Montis Gargani, atque lis antiquis accedit modernis Chronica compendiariorum Regni Neapolitani de anno 1614. ubi de hujus Ecclesiae Cathedralitate plenè agit;

Historicorum autem assertionibus in his terminis specialibus nimium deferendum esse habetur in dicta CaesarAugustana Cathedralitatis *353. p. 5. rec. & seq.* & in aliis ejus confirmatoriis ubi concordantes; Et generaliter, *dec. 93. nu. 14. & 15. & 353. n. 23. p. 5. rec. dec. 60. & 92. p. 8. & 106. n. 9. par. 10. & in aliis.*

Et demum pro adminiculo, considerandam esse dicebam observantiam hujus loci ab aliis locis, & Ecclesiis diocesis diversam, Tum ex eo quod Dignitates & Rectores aliarum Ecclesiarum singulis quibusque annis in die S. Laurentii Episcopi accedere solent ad praesentandum obedientiam Archiepiscopo in Ecclesia Syponi, seu Manfredonia, quod ista Ecclesia facere non consuevit: Tum ex eo quod Archiepiscopus pro tempore pro isto loco Vicarium particularem deputare consuevit independentem a Vicario Generali reliquae Diocesis, cum titulo etiam & nuncupatione Generalis; Licet enim in effectu esset foraneus ex his, quae in proposito hujusmodi Vicariorum particularium habentur in Tirafon. & in Acern. *sub tit. de jurisd. disc. 22. & 24.* attamen exinde adminiculum refutabat alicujus particularis praeeminentiae istius Ecclesiae.

Et quidem quando non adessent dictae literae Bonifacii 16 super nova erectione hujus Ecclesiae tanquam de Collegiata, ita ut ageretur solum de hujusmodi adminiculativa probatione, ad instar illius, quae habetur in dicta CaesarAugustana, reflectendo etiam ad veritatem probabilis pro hac parte respondendum videtur; Licet enim dicta adminicula singulariter, & de per se considerata suas pantiarum difficultates, atque pleraque ex eis sint levia, vel aequivoca, ut de plerisque ponderatur in decisione Rotali de super edita; Nihilominus ea omnia insimul, & unitim considerata, cum regula, ut singula, quae non possunt &c. magnam probationem redolere videntur, ita ut facta eorum comparatione cum illis quae ponderata, & canonizata fuerunt in d. CaesarAugustana, de qua d. *dec. 353. p. 5. rec. & disc. seq.* utique longè majora & fortiora esse viderentur.

Et quavis fortiter obstant dictae determinationes Alexandri III. & Innocentii III. aliorumque Pontificum ut supra, Nihilominus quando non urget oblatum resultans a literis Bonifacii IX. & successivè ab aliis Joannis XXII. & a dicto decreto Martini V. ut supra, ista difficultas mihi videbatur de facili superabilis, ista immutata rerum statu; Cum enim vera & propria antiqua Cathedralis Sypontina esset illa, quae sub invocatione S. Mariae sita est in loco antiquae hodie penitus dirutae Sypontinae Civitatis; in Civitate autem Manfredoniae addit Ecclesia parochialis, sui matris sub invocatione dicti S. Laurentii, qui erat Episcopus de tempore Angelicae apparitionis. Hinc proinde dicebam, rectè dici posse, antiquum dictae Civitatis populum & clerum, ita divisum esse, partim scilicet morando in dicto moderno loco Manfredoniae, & partim in dicto alio loco Montis Gargani, ita ut ambae Ecclesiae S. Laurentii, & S. Michaelis aequaliter deservirent loco unice Cathedralis S. Mariae, atque utriusque Capitulum esset formaliter unum & eadem ita materialiter divisum, seu distributum juxta casum Ecclesiarum Aretin. & Verellen. cum aliis, de quibus infra in CaesarAugustana, *disc. seq.* Quo stante cessabat obiectum resultans ex dictis Apostolicis determinationibus Alexandri & Innocentii III. per quas rejecta praesentia duplicitate Cathedralium sub diversis titulis, determinatur unam esse Ecclesiam Sypontinam, quia tunc bene simul cum esse unam Sypontinam in exclusionem alterius diversae Garganicae, & tamen eam ita formaliter unitam, per plures materiales representari, eique unicum formale Capitulum ita divisum, seu distributum esse, ut laudius infra in d. CaesarAugustana, seu verius quod unica etiam esset dicta Ecclesia S. Mariae in Sypono delolata, quae vice deservirent ambae praesentiae in effectu Collegiatae deservientes loco Cathedralis impedire.

Verum insuperabilis difficultas resultabat ex dicta nova erectione concessa per Bonifacium IX. quae haec pars imprudente, & cum parum sano consilio uti professa est pro praesentis titulo, cuius inscriptione detecta corruit quae cumque longeva possessio, vel observantia tanquam ex titulo vitioso inductivo male fidei ac destructivo tituli melioris, juxta theor. Innoc. in c. Dudum de decimis, ubi ceteri de quibus apud Capyc. *Litt. consulti. n. 21.* Capob. de baron. *par. 11. ex n. 146. & tom. 2. c. 7.* Buratt. *dec. 792. dec. 218. par. 6. rec. dec. 29. & 56. p. 7. & frequenter.*

Indubitanter enim iste titulus videtur infectus & prejudicialis, dum ibi explicitè firmatur quod de tempore hujusmodi concessionis ista Ecclesia esset Collegiata, ideoque erigitur in novam Cathedralam diversam a Sypontina, cum qua







tinendi iudicati retractionem, sed ad effectum insinuandi majorem exorbitantiam pretenfionis circa actualitatem & continuationem, ac aequale exercitium jurisdictionis, ac iurium cathedralium.

Quatenus igitur pertinet ad hunc punctum antiquae cathedralitatis, in allegatis decisionibus coram Coccino, & Ubaldo, praesertim in prima, quae est latior d. 353. p. 2. ex n. 20. plene flatuendo conclusionem, quod in factis antiquis, historicis & Chronistis defendendum est, ex istorum traditionibus firmatur Apollinum Jacobum, dum in Hispaniis esset, admodum in formis a B. Virgine Maria, adhuc vivente, sibi quae comparantur super quadam columna, seu pilari matreos, illam Ecclesiam in eius honorem construxisse & consecrasset, ejusque servitio unum ex novem discipulis ab ipso conversis Theodorum nuncupatum, & presbyterum ordinatum destinasse, deperando etiam in discessu, ex B. Petri auctoritate, Athanasium Episcopum Caesaraugustanum, & quae hinc dato Episcopo inferunt ad Cathedralitatem istius Ecclesiae, quae tunc unica in hac Civitate aderat, ratione conjugii spiritualis, quod inter Episcopum & Ecclesiam esse dictum, unde peritio sponso, opus est supponere sponfam. Hinc initio addendo etiam quamplura successiva administrata, plene deducta in allegatis decisionibus, praesertim in d. 353. p. 5. cum quibus praesertim moderniores eorum Bichio, inter quae magnificum, residentia SS. Valerii & Braulii, alioquin quae Episcoporum apud istam Ecclesiam S. Martii, & plures Chronicae antiquae, praesertim antiqui scriptoris Lucii Dextrii, cuius fides etiam a Divo Hieronymo probata est, cum aliis adminiculis resultantibus, a retentione insignium Agni Paschalis cum inscriptione Status Cathedralitatis, a tampana interditi, a celebratione dedicationis Ecclesiae, a praeminentiis istorum Canoniconum supra illos S. Salvatoris, & ab aliis, de quibus in dictis decisionibus, & latius per Lezzanum in libello super huiusmodi Cathedralitate ex professo composito, ac infra occasione examinandi nonnulla ex eis.

Quamvis autem omnia adminicula desuper considerata, & simul unita, cum regula, ut supra, non profunde & praesertim in antiquis magnum probationis gradum praesertent viderentur. At tamen illa recte considerata utpote aequivoce, & bene referibilia, vel ad antiquum statum Ecclesiae primitivae, quando Christiani sub Gentilium captivitate vivebant, vel ad dictum moderniorum intermedium statum alterius captivitatis Maurorum, verè non concludere videntur id, ad quod ponderantur.

Illud praesertim generaliter ponderando, nullum penitus fundamentum constituendum esse, vel in rebus moderno tempore examinatis, vel in Chronistis, quorum fidei decisiones principaliter inniti videntur, quoniam antiquior historia est illa Antonii Beuter primaevis scriptoris de anno 1546. quem sequuntur caeteri moderniores, unde est historia conscripta ad partis affectionem jamdudum lite pendente, ac per decennium antea introducta in Rota, in qua ut supra pendet ab anno 1526. Cumque diffensiones & iurgia inter istas Ecclesias initium habeant ante annum 1221. in quo legitur promulgatum quoddam laudum Episcopi Saneii, illaque semper continuaverint, ut comprobant lauda Archiepiscopi Tarracoenae tunc Metropolitanam de anno 1248. & proprii Archiepiscopi Lupi de anno 1351. Archiepiscopi Garziae de anno 1391. Archiepiscopi Dalmai de anno 1448. & Archiepiscopi de Aragonia de anno 1513. unde propterea nedum ipsa Civitas, sed totum Regnum, & forte major pars Hispaniarum in factiones divisa esset de tempore dictae primaevis historiae abique dubio viventes.

Hinc pronite peroris velantur dicebam fidem adhibere huiusmodi scriptoribus, vel tanquam factionariis, vel ad partis colligatis instantiam scribentibus. Conclusio enim super fidei historicis praesentanda, de qua plene dicta dec. 353. n. 23. & 24. & in Synoptica Cathedralitatis, d. 353. p. 2. procedentis, recte procedit, ubi agitur de historicis antiquis & probatis, editis tempore non suspecto, factis autem modernis, in quibus affectionis suspicio adesse potest, clarius verò ac in dubitanter actuali lite pendente, ut bene huiusmodi conclusio in caeteris allegatis declarat Rota in Balneoregion. Jurisf. paritatis coram Orthobon. interf. suas dec. 234. n. 6. & 253. n. 21. & apud R. Pryas dec. 330. n. 17. & in aliis id admittit in Calaritanis primatis, dec. 60. & 92. p. 1. ubi agitur de Magistraliter de fide praesentanda Martyrologiis & alii chronici.

Et quoniam magnum constituitur fundum in quibusdam chronicis Maximi, Aymonii, & Lucii Dextrii antiquissimorum Scriptorum, quorum praesertim Dextrii men-

tionem faciunt S. Hieronymus, & alii illorum temporum scriptores, unde propterea inferunt, eis omnino deferendum esse, utpote praesentibus temporibus, in quo Hispania erat sub dominatione Gothorum, ante praedictam Mauro- rum invasionem; Nihilominus illud mihi videbatur aequivo- cum nimis clarum, quoniam non negatur adfuisse praesatos illorum temporum scriptores, quorum mentionem faciunt S. Hieronymus & alii, sed punctus est in identitate, an scilicet huiusmodi chronica moderno tempore reperta, an traducta, & luci edita sub illorum nomine, moderno corpore composita sint, ut frequens praxis in huiusmodi chroni- cis, & privilegis docet, & sine quodam veritate adesse alteratio in traductione; Unde propterea in dictis decisionibus 60. & 92. p. 1. ubi agitur de praesentanda fide antiqui Martyrologiis & codicibus, tota disputatio fuit super identitate ac forma probante.

Ad quod etiam probandum ponderabam ea quae habemus in materia testamenti nuncupativi nuncupatione implicita iuxta formam traditam per Bart. in l. si ita scripsero, ff. condit. & demonstr. per relationem scilicet ad schedulam existentem penes tertium, vel in scripto, seu alio loco, quoniam certum est illum testatorem testatum esse, atque in rerum natura adfuisse, vel esse schedulam ab eo contextam iuxta quam testari voluit, sed punctus est in identitate, an scilicet illa, quae exhibetur, effectus est, de qua testator sentit, super quo probationes iuxta unam opinionem exactae, & concludentes, vel saltem iuxta alteram adminiculativè deserviant, ut frequenter in sua materia sub tit. de testamentis Rossum quia Baronis diligentissimus antiquiorum scriptorum peritatorum testatur huius Lucii Dextrii, antiqui scriptoris Chironiensis non haberi, sed deperditas esse, unde propterea magis concludens, & exacta fidei identitatis iustificatio necessaria est, praevio ipsius S. Romane Ecclesiae materiae iudicio examinata, & comprobata, ut vel de Laminis Hispaniae, vel de antiquis Martyrologiis & Sacris Chronicis quas reperiti contingat, frequens praxis docet.

Argumentum verò deducendum ex primiva huius Ecclesiae constructione per ipsummet Apollinum Jacobum, & ex deputatio Episcopi ut supra, dicebam nil in proposito concludere, quamvis cum praesentibus, tanquam certam haberem traditionem ab Ecclesia probatam, super dicta Divi Jacobi mora in Hispaniis. Quoniam cum id per necesse sequitur, sic circa primos annos post passionem Domini, dum praesatus Apollinus, omnium primus ab Herode martyrium passus est de tempore, quo adhuc B. Petrus in Iudaea morabatur, postmodum, ab eodem Herode in vincula coniectus, ex quibus ab Angelo liberatus fuit; Hinc proinde sequitur, nimum improbabile videri, ut circa talia tempora quando neque in ipsam Hierosolimam, vel alibi aliud materiale Templum sub nomine ipsius Christi Salvatoris constructum erat, construeretur istud sub nomine Virginis adhuc viventes.

Stant enim bene simul, quod ille locus, in quo Apollinus dictam apparitionem habuit, haberetur ab illis primis fidelibus in aliqua veneratione; & tamen quod nullum materiale Templum publice constructum & consecratum esset, eodem modo quo in ipsa Hierosolimam, in veneratione per fideles habebantur loca S. Sepulchri, Passionis, & similia, & tamen certum est, quod nullum aderat Templum materiale Christo dicatum. Quinimo ut docet sacra legenda inventio- nis S. Crucis in dictis locis Calvarie & Sepulchri constructa fuerant inanius deorum Tempa ad huiusmodi sacram memoriam ablandam; Atque in ipsam Urbem Roma, quam Christo Domino placuit Christianae Religionis, ac Orbis caput & metropolim constituere, plurimum seculorum spatio usque ad tempora Constantiniana, habebantur quidem per fideles in veneratione loca martyrii, vel respective sepulchri SS. Apollolorum Petri & Pauli, sive fons olei, & similia, in quibus, vel aliquod eorum mysterium, vel sanctorum martyrium, aut sepulchrum esset, & in quibus quandoque habebatur Ecclesia formalis, id est ipsorum fidelium congregatio cum orationibus, & divinum celebratione, vel etiam aliquo manio ad id destinata, nulla tamen aderat Ecclesia materialis, quae publice sub nomine Christi, vel B. Virginis, aut Sanctorum dicata, & consecrata esset, dum per grypsaliquae abscondita loca vocabantur iuxta opportunitatem & tempora Missae celebrabantur, aliaque Divina peragebantur; Prima etenim Ecclesia materialis, quae publice Christo Domino dicata & consecrata fuerit, iuxta sacram legendam, quae in Brevariario habetur sub die dedicationis Basilicae Lateranensis, est ista, quae proinde se appellat omnium Ecclesiarum primam matrem, & magistratam. Atque ex tunc ex Constantini decre-

to templorum publice constructio sequi cepit, ut eadem legenda comprobatur, unde ita capiendae sunt illae Ecclesiae quas commemorat Frances post haec editus in tract. de Ecclesia Cathedrali, c. 2.

Alia etiam nimia improbabilitate accedente, quod hoc nomen, seu vocabulum Cathedralis, longe post Ecclesiam tranquillitatem nisi haberi cepit, quando parochialibus, aliisque inferioribus Ecclesiis per Civitates, & reliqua loca diocesis constructis, contradistinguere oportuit illam Ecclesiam matrem, quae Episcopi Cathedra erat, & a qua reliquae inferiores tanquam filiales normam reciperent, eique subjectionem proferrentur, ut latius advertit Frances ubi supra. Unde propterea improprium est, quod illis primaevis temporibus, & antequam B. Petrus in his partibus occidentalibus Sedem constitueret, daretur erectio Templi materialis sub nomine Virginis adhuc viventes, & cum titulo & jurisdictione cathedralitatis, ut clare ad sensum.

Bene autem in decisionibus praesertim prima 353. p. 5. dicitur, quod dato Episcopo tanquam sponso, datur oportet Ecclesiam Cathedralen, tanquam sponfam ratione conjugii spiritualis inter Episcopum & Ecclesiam; Sed mihi videbatur fallaciam consistere in applicatione, cum id procedat quoad Ecclesiam formalem tanquam fidelium Congregationem constitutam ex universo populo fidei totius provinciae, vel diocesis illi Episcopo assignatae; Ipse sicutem B. Petrus, Ecclesiae universalis caput & Episcopus, fuit etiam ab initio quo ad Urbem accessit Episcopus urbis cum sibi adiacente regione, Prone & reliqui Apolliti Episcopi, seu Patriarchae fuerunt in sibi distributis regionibus, & provinciis, in quarum singulis personalibus, vel ex B. Petri permissione, vel a Christi personali concessione, & facultate eis attributa Episcopos deputantur; Et tamen, tam in Urbe, quam alibi non aderant quae Tempa Christianorum, cum contradistingutione Ecclesiae Cathedralis tanquam matris & majoris, ut dicta sacra legenda, aliaque sacrae historiae, ac etiam profane docent, quoniam Ecclesiae vocabulum in ipsa formali tanquam fidelium congregatione verificabile solum erat; Sive f. aliqua aderat occulta materialis, non aderat haec distinctio jurisdictionalis, seu praeminentialis, quoniam alias non Basilica Lateranensis constructa per Constantinum sub Pontificatu S. Silvestri esse deberet prima Cathedralis Orbis, sed aliqua ex illis antiquis Ecclesiis, seu Aedificiis, quae sub gentilibus, & istorum persecutione jam prius aderant, cum simulibus.

Quo verò ad adminicula in dictis decisionibus praesertim prima considerata, observabam illa quidem convenire cathedralitati, tanquam comprobare, quando aliud in contrarium non oblatret, sed ex facti circumstantiis remanere aequivoce, & non concludenti; Plura etenim ex eis, prout sunt retentio insignium, festum dedicationis, campana interdicti, Dignitas capellani majoris, enunciativae literarum Apollitorum, vel alia durante tempore captivitatis, cum simulibus revera cathedralitatem denotantibus, remanent aequivoce, utpote congrue referibilia ad dictum statum intermedium, & provisionalem temporis captivitatis, in quo ut dictum est, ob impedimentum Ecclesiae Cathedralis per infideles ad impium usum conversae, ista eius loco deseruit, cumque id non fuerit ad breve tempus, sed ad longissimum 400. annorum, & ultra, idcirco mirum non est, quod tot adminicula impressa fuerint, atque hoc est super quo intellectum captivare non potui super tanta fide huiusmodi adminiculis praesentata.

Considerabile videbatur solum illud adminiculum desumptum ex antiquo Brevariario super residentia S. Brauli Episcopi apud istam Ecclesiam, ibi, dum in S. Maria Majori suam Sedem situasset, quoniam iste Episcopus rexit Ecclesiam de tempore dominationis Gothorum, antequam casus diei captivitatis contingeret, & se inferri non potest ad dictum tempore intermedium provisionale; Plures autem congruae responsiones huic adminiculo dabantur. Primo super huius Brevariarii fide non probante, eodem modo quo supra de chronica Lucii Dextrii dicantur, potissime quia ut constat ex Constitutione Pii V. super reformatione Brevariarii, frequens erat abusus huiusmodi Brevariariae apocrypha componendi, pluribus erroribus plena; Secundo quia cum S. Braulius non fuerit primus huius Ecclesiae Caesaraugustanae Episcopus, neque in sua facultate possum esset Cathedrali transferre, seu de novo erigere, idcirco ex huiusmodi residentia inferri non poterat ad ius cathedralitatem, sed solum ad illam facultatem quam Episcopus habet residendi in quacumque parte diocesis, & apud quacumque sibi bene visam Ecclesiam, absque necessitate continuo residendi apud Cathedralen, cum solum certis anni temporibus per Sacra Concilia Triden-

tinum ad mentem sacrorum Canonum id injunctum sit iuxta ea, quae habentur in Aernem. residentia sub tit. de jurisdictione, disc. 24.

Tertio verò clarius, ac probabilius, quia in eodem Brevariario dicitur Episcopus Braulius situr in tempore tertii Concilii Toletani, & sub Pontificatu S. Gregorii Magni, quando, ut patet ex legenda S. Hermenegildi in earegione factis dominabatur secta Arriana, cuius Episcopi majorem abique dubio potentiam & dominationem habebant, ob assentiam Regis, & Magistratum saecularium; Idcirco satis probabile est, quod Episcopo Arriano principalem sedem & Cathedralen occupante, Episcopus Catholicus, tanquam de tempore captivitatis penes haereticos, suam fedem ex divina revelatione apud istam Ecclesiam situasset, eo modo quo deplorabiliter videmus de pluribus Episcopis catholicis, & haereticis respectivè in Germania aliique partibus, & sic istud quoque adminiculum aequivoce dici potest.

E converso autem pro antiqua cathedralitate Ecclesiae Sancti Salvatoris, ob cuius accidentale impedimentum ista Ecclesia provisionaliter ejus loco deseruit, ut supra, plura uterem meo iudicio fortiora videbantur magisque univoce adminicula; Primum scilicet, quod cum iuxta eandem historiam in causa decisionibus enarratam, praesertim prima dec. 353. p. 5. ista Ecclesia Caesaraugustana constructa sit ab Apostolo Jacobo circa tempora Passionis Domini nimum proxima, & quando B. Petrus adhuc Romam non accesserat, satis probabile est, atque ex christiana pietate pro certo tenendum, primam Ecclesiam ipsius Domini Salvatoris nomini dicatam fuisse, ut comprobatur observantia Ecclesiae Romanae, quae est totius christiani Orbis caput, metropolis, & magistra, quoniam prima Ecclesia dicata fuit sub nomine Salvatoris, cuius nomen habet ista, idemque docet observantia Urbis Constantinopolitanae, cum simulibus.

Secundum adminiculum resultat ex huius Templi magnifica structura Gothica, & ex converso ex depresso & parum magnifica structura huius Ecclesiae sanctae Mariae; Improbabile siquidem est, quod quando ista Civitas sub suis Regibus in magnifico, & bono statu erat: istam Ecclesiam majorem & Cathedralen adeo exiguae & depresso structurae haberet, & quod ex convento barbari Mauri, omnibus scientiis ac bonis artibus destituti, in pelucinis & cavenis vivere assueri, adeo magnifice structurae Templum pro Mequita construere voluerint; addita etiam huiusmodi infidelium consuetudine, primariam ac nobiliorum Ecclesiam christianorum convertendi ad hunc impium usum eorum Mesquiae, ut docet deplorabile exemplum infidelis Ecclesiae S. Sophie Urbis Constantinopolitanae, ubi proinde alie depresso Ecclesie loco Cathedralis deseruiunt, cum dicta etiam differentia considerata superius circa residentiam S. Brauli, quod scilicet Episcopus, seu Patriarcha schismaticus cum ejus sequacibus longe meliorem haberet sedem, seu Ecclesiam, quam habet Patriarcha Catholicus, seu ejus Vicarius cum Ecclesia Catholica.

Tertium pro meo iudicio fortissimum, ac forte unice sufficiens ad concludentem probationem resultat adminiculum a nimia improbabilitate, quod dicitur Rex Alphonfus Conquistator nuncupatus; atque illius temporis Episcopus Petrus Librana Sanctus reputatus, & veneratus, illic christiani à B. Virginis protectione victoriam, & libertatem recognoscens, & qui spatio 400. annorum, & ultra in captivitate Ecclesiam praedictam in unicum refugium & solatium habuerant cum adeo manifesta ingratitude, ac etiam delicto positivo, absque Sedis Apolliticae placito, cathedralitatem ab ista Ecclesia ad sacilegium Saracenorum Templum transferre voluerint, ideoque intrat quotidiana propositio, quod inverisimilitudo speciem habet falsitatis, sicuti est contra verisimilitudinem illam veritatis.

Quartum ex pluribus enunciatis contentis in pluribus concessionibus facti, tam per dictum Alphonsum qui nuncupatur Conquistator, quam per alterum Alphonsum qui nuncupatur Imperator, alioque Reges, ac etiam in literis Apolliticis super huiusmodi concessionum confirmatione, in quibus ista Ecclesia S. Salvatoris dicitur antiquissima & celeberrima post longam servitutem fidei libertati restituta. Atque in eisdem concessionibus confirmantur hereditatis, & bona quae ad ipsam Ecclesiam antiquo tempore spectabant, Prout circa eadem tempora per Alexandrum IV. confirmantur antiqui fines Episcopatus iuxta divisionem factam in Concilio Toletano sub Rege Bamba, qui fuit ante Mauro- rum invasionem.

Quintum in idem, ex concessione, quam idem Rex Alphonfus Conquistator fecit huic Ecclesiae S. Salvatoris de ipsa met